



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Poggii Florentini Oratoris || Clarissimi, Ac Sedis Apo.||
Secretarii Opervm ||**

Poggio Bracciolini, Gian Francesco

Argentinae, 1513

VD16 ZV 12623

In F. Philelphvm Inuecttium primam

urn:nbn:de:hbz:466:1-14341

IN F. PHILELPHVM
 POGGII FLORENTINI IN PHILELPHVM
 Inuectiua prima pro Nycholao pulchra & elegans.



Mpurissimam atq; obscenissimā feculenti oris tui non satyrā, sed vomitā; in virum purissimū & continentissimū Nycholāū nostrum nuper a te versibus naturam tuam representantibus editam/legi non sine summo mentis dolore: oblatam mihi a quodam qui aegre ferebat vitam castissimi viri / a monstro omnium teterrimo impugnari. Dolui quidem primum verborū obscenitatem: ut quibus ve factis a te cōfictam ex arcula putrida labefactę cōscientię tuę / in eum qui semp̄ est habitus vir tui dissimilis vita & morib; integerimus. Dolui quoq; tanta mentis vertigine te oppressum: ut auderes tuę vitę deprauate labem alteri obijcere: & ea reficere aurib;

legentū / quare ne iniquatissimus quidem nebulo sine summo dedecore posset exprimere: quare tu notus morum censor / in maledicendi cōluetudinem introductus. Illud etiam aegre tuli: eum quem doctum hoīem putaram (nam de peruersitate animi nunq; dubitavi) adeo efferi studio essequendi / suę facultatis immemorem: ut neq; de quo scribat / neq; quare scribat ob mentis imbecillitatem cogitarit. Nonne erubuit illi ac pudicię hostis nepharius? Nonne inquam licet sis pallidus vel parululum rubore perfusus es: cum ea litteris mandabas / quę ne cogitare quidem sine pudore homines possunt? At ea a te prolata plena dedecoris & obscenitatis sunt: tuę turpissime vitę: tuę exulceratę a vitij mentis testimonia certissima. Tu nisi es ses spurcissimus omnium quos nostra ætas tulit: nunq; profecto te in sceno vitiosorum verborū tanq; imunda sus libens voluisses: vuluam / tentiginem / priapum / & his similia versibus tuis admiscens: in dedecus ut existimas alterius: ac id omne recidit in illam faciem tuam impudicam. Lenonū & meretricij quibus nullus inest pudor: qui apertam impudicię artem exercent / est ista loquendi scurrilis procacitas ac petulantia: ut ea tractent / ea loquantur quorum iam artificium profitentur: qui tamē honestatis imperterriti / & latibula sibi querunt: & in vulgus verentur proferre & ea quę sunt actū secretiora. Hos cum videam te imitari: & ea mandare litteris / quare etiam prostituti & meretricarij verentur verbis proferre: velle ut eos in scribendo de rebus cōmunibus aduocasses. Docuissent te non quidem pudice ac caste loqui: nam id frustra niterent: sed saltem hanc tam aptam ac effigatam scibendi temeritatem paulo repræfissent: admonuissentq; etiam sibi verba obscena in cœtu hominū displicere. Sed ut fordidiōr q; lenones / inquinatioresq; meretrices / impudentissimus omnium videreris / hanc nouam abhominandę maledicendi licentię / tibi nouus satyrus atq; olidus assumpsisti. Verum nequaquam mirum videri debet: cum cuius mater Arimini dudum in purgadis ventribus & intestinis sorde diluendis quæstum fecerit / maternę artis fetorem redolere: hæsitantibus filij sagacis materni exercitij attractata putredo / & continui stercoreis feculentus halitus. Ita faucibus famelicis inhiatis filij impressus est: ut nihil queat / nisi oledum ac putridum exhalare. Vellem nunc mater viueret: quare si pudica fuit / doleat vicem filij impudici. Quid tu tibi insane voluisti hac tua meretriciana oscitantione: quam tu excogitasti mente peruersa: manu nepharia cōscripsisti? existimasti opinor huius ætatis pestis nepharia / tibi laudifore: si virū optimū cuius integeri mores summis laudibus per totam Italiam efferunt: probro ac spurcissimo sita

In carnis
 spurciciam

Ex matre
 capit

infectareri. At vero nullum maius tuorum flagitiorum testimonium in lucem
 edere potuisti: ut turpilogo conareris laedere: qui esset omnium quos nostra aetas
 tulit modestia & continentia ornatissimus. Et sane commune vitium improborum
 ut bonos odio habeant: ut eos carpant malignis verbis / quos se viderint virtute
 & fama superiores. Virtus & gloria Nycholai pupugit mentem inuidia exulce-
 ratam: nominis sui splendor perstrinxit lippientes oculos tuos. Et quonia ille iam
 dudum indigne se rebat maculari ciuitatem tuam immundissimam: ite contagione:
 id egit / ut ex ea effereris: urbs labe tui nominis purgaretur. Nunc tandem eum
 multi conceptum virus: & in eum inuectus es / quem neminem defensorum putas
 fuisse. Sed tota aberras via: heret altius Nycholai virtus: ut tuo flabello putido la-
 bectari queat. Neque ei quocumque deit qui eius causam suscipiat. Nam raro defuit
 defensor virtuti: si ipsa se tuam patiatur. Itaque erunt inquam unus & item alter / qui &
 sordes tuas in auctorem ipsum retrahent: & illum a scenosa ac fetida sentina tui pectoris
 tueant. Tu ne facie illa interosa & inuisa ad perpetuam infamiam cicatrice / adeo
 veribus illis rusticis ac fetulentis terreni homines putasti: ut hoc tua sterquilis-
 simum satyre (id enim videri cupis) magnopere extimesceremus. Referet tibi par-
 gratia ut opinor: & forsitan paulo uberius ne nos omnino ingratos putes. Scio satis
 us atque honestus futurum fuisse / contemnere illam tuam graculam leuitatem.
 Sed ne meritis laudibus te fraudatum putes: reddendus est aliquis fructus inuisi-
 dica citati: ut iam plane intelligas in eo dicendi genere quo te principem existimas /
 ne calonis quidem vtilissimi locum obtinere. Neque tamen nisi paucis respondebit:
 & ad res solum quas malefica manus exarauit. Spectantibus alia maiora & graui-
 ora: tum publica: tum domestica facinora alio in loco recensentur. Exprimetur vi-
 ta omnis: interiores turpitudines detegent. Ita locis & temporibus designabunt: ita
 confirmabunt rebus: ut nulla dubitatio legentium mentibus possit haerere. Sed
 ut iam tecum non milite / sed lixa sordido ac mercenario congregiamur. Quid est
 vitae bone quod primum obijcis Nycholao: Amorem mulierculae. O facinus indignum:
 aliquando (si id verum fuit) mulierculam atretrastestibi vero indignissimum qui ab
 eo genere metem animumque penitus auertisti. Adeo ne hoc insuetum est: adeo a pau-
 cis factitatum / ut pro maximo crimine obijcias. At confingis verba quaedam des-
 prompta ex artificio scelerum tuorum: in quibus voluisti fingendo ac metiendo fas-
 cenum poetam te nobis ostendere. Verum callide & consulto rem alteri opponis /
 quae nequeat in te reflecti. Puerorum enim atque adolescentium amores nependissimos
 lectaris: non mulierum. Neque tu unquam mulierem cognosti: nisi eam quam male primo
 sumptam / postmodum peius receptam pessime tractasti. Sed qui venit in mentem
 homo fanaticae mulieris culpam referre. cum mulieris stuprum tibi intulerit ma-
 culam sceleris sempiternam. An oblitus eam quam habes uxorem quibus artibus /
 qua perfidia fueris potitus. Ne nos solos ignaros putes rei omnibus notissimae: re-
 cognosce flagitia manifesta: in quibus nulla erit tergiversandi aut dissimulandi fa-
 cultas. Pullus olim Patauius torpiter: ubi Gasparinum audiebas: propter adolescen-
 tis quo deperbas infantum amorem / Constantinopolim tanquam in asylum / egenus
 atque inops confugisti. Callide id quidem & astute: ut ad ea loca adires ad quae ci-
 tius auctor quam fama scelerum perueniret. Ibi in Ioannis Chrysostore doctissimi atque
 insignis equitis familiaritate discendi cupiditatem praeter te ferens insinuaisti. Qui tua
 verbositate motus: simul mendacitate commotus (nihil enim eo praeter linguam ina-
 nem & cutem aridam deportaras) te domi suae recepit / ignarus futuri hospitem
 enim pudicum / non Paridem adulterum se recepturum putabat. At tu cum regiones /
 non mores imutasses: ne quis locus esset vacuus sceleribus tuis / eius virginem filiam
 stuprasisti: tuis pollicitationibus & blanditijs decepta. Cum te ille miser qui serpentem
 domi nutrierat / moechum filiae deprehendisset: de te interficendo consilium cepit: cum

Proscriptum
notat.

Ad primum
obiectum.

Cingulum
notat.

Stupratorem
notat.



tu aufugisses supplicij metu. Sed quid ageret vir licet prudens? Inops cōsiliū erat: scelus detectum: virgo compressa: dos amissa virginitatis. Intercedunt Italici mercatores: consulant ut eam despondeas: hoc maxime pacto obūbrari putantes turpitudinē susceptam. Itaq; Chrysoloras mœrore confectus / cōpulsus precibus / malo coactus / filiam tibi nuptui dedit a te corruptā. quæ si extitisset integra / ne pūm quidē tibi abraſum ab illius natibus ostēdisset. An tu illum unq; duxisses uxorem si virginitatē per se seruari potuisset? Tibi pater illam dedisset profuge / ignobilis / impuro: Primarij suę ciuitatis viris seruabatur virgo: non tibi insulle pecudi & a fello bipedali. quem ille domi alebat tanq; canem aliquē solē senio & etate confectum. Ille nobilis / tu rusticantus: ille diues / tu mendicis: ille ciuis / tu peregrinus: ille doctus / tu rerum omnium præterq; libidinis ignarus. Deniq; ille domū suam colebat tu per alienas edes profugus ambulabas / vel abērabas. Quid scribis sceleratissimū portentū? Obijcis Nycholao quæ neq; vera sunt / & minie visa: te religiosissimo teste probari possunt. At tu fronti tuæ ipsam pfidie & stupri cicatrice circumfers per Italiae ciuitates. O scelus. o nois Italici labe & infamia. Tu a diuersis Nycholau de mulieribus scribere ausus. tu muliebrem amorem alteri opponis qui nihil aliud e Græcia nisi amoris turpissimi notam in Italiam reportasti. Tu si dei datæ maculator: tu violator hospitij. Tu pudiciçie expugnator. tu raptor virginis extitisti. tu clarissimi equitis nomen in ignominia conuertisti: & pro hospite deli hostis perditus fuisti. Hic est triumphus tuus ille nobilis voluptate / scelere & libidine partus: quem tuo generi preparasti: in quo Veneris spolia egregia ante triumphantis curram deferebant. milites mœchiam: nō caluum / sed barbatus: ad ducimus canebāt. Tu alter Pluto: non lallus / sed gallus: tanq; rapta Proserpina les debes in curru ridenti ac blandienti similis: manuq; tenens eam quam tanq; deturctis hostibus premiū reportabas. Credo aliquādo osculum dabas: ut significares te pacem atq; ouium in patriam deferre: ne extimescerent Itali te alterū Paridem nouam Helenam ad eos aduexisse. Omitto & librorū & rerum plurimarū furtā ex domo soceri: quæ in aliud tempus afferunt. Tū volui falsum mulieribus obiectum crimen retundere vero crimine ac manifesto. Confinis etiam ineptissime verba quæ dā amatoria: quæ in teipm rectissime cadūt. Cum em illi misere stuprū intulisti: credo (& id est verisimile) te verbis sanctis atq; honestis cum illa cōcessitasse: nihil de amoris illecebris / nihil de libidine collocutum monuisse ut auerteret oculos atq; manus ab scelere nephario: nihil pollicitationibus / nihil blanditijs perlexisse. Scio cohortatū te esse illam austeritate quadam censoria ad cōtinentiā ad honestatem: a tuo cōplexu saueris verbis deteruisse: persuasisse / ne tibi assentiret: atq; animū corpulq; a tuis blanditijs amoueret. Sed quid tu homo ad mentē dum natus / alius / edoctus non fingas: qui etiam Nycholaum infimilias turpi flagitio puerorū: Tu tu non Philelphus / sed Pedarpus. Tu inquam discipulorū tuorum maritus / eandem artem calles quam ab ineunte etate exerceuisti. Tu inquit ad adolescentes non ad scholam doctrine / sed ad libidinū diuersorū / studiorū ostentatione attrahere conuenisti: quos non solum tuæ libidini effrenatę subdis: sed etiam alijs prostitutare solitus es / ad ampliorem mercedem salarij cōsequendā. Hęc causam ferunt / cur te contuleris in publicum legendi ludum: ut voluptatis causa eligas ex adolescentū grege quos possis adijcere tuę impunitati. Felix ille quidē dies Florentinæ illuxit urbi: cum te veluti morbidam pecudem expulit e mœnibus suis. O beatos Senenses / qui te custodem (ut aiunt) ouium lupum suis filijs prefecerunt. Sed haud erit hoc diuturnū: detegenē tui mores absconditi. Et quis tuis callidus ad simulandū ac dissimulandū tam cum illis sint prudentissimi atq; honestatis amantissimi / plus mouebunt obscenis operibus / q̄ verbis fallacibus credant. Sed vide quantum possit confidentia spurcissimi ganeonis: Obijcit Philelphus adoleſcē

Furti notat

Ad aliud obiectum.

tulorum mœchus: Philephus inquã/exoletorũ officina continuo versatus. Obij
 cit Nycholao crimen cuius fuerat semper acerrimus oppugnator. Exhorruit em̄
 semper huius viri prudentia hoc nephandũ crimen. Sed nimis multa de re mihi
 me obscura. Illud vero qua fronte/quo ore/qua manu scribere ausus es spurciss
 mum scœnum: Quid autem tua inuerecunda facies nõ audeat? Sed quomodo
 ausus es cõminisci vitreum priapum relictum mulieri: quo leniret absentis amici
 desiderium. Male quidem libenter/et animo verecundo recenseo impudicissima ver
 ba: quæ tu non ex schola doctorum/sed ex grege lenonum ac ganeorũ spurcicia
 protulisti. Verum necesse est: ad te ipsum priapum sacerdotẽ redire cogantur eius
 modi cultus & cerimonie: & in eam domum referantur/in qua sacra illi deo sepis
 sine persoluunt. Scribis/ut iterum recognoscas imundiciem verborũ tuorũ: scri
 bis inquam pudiciæ patronus/et sacer virginum vestalium custos: relictum pri
 apum vitreum muliericula? quo pro vero uteretur. Risum tenere non potui/
 etiam in dolore: cum legi hanc inauditam sententiam a peneo patrono tam facile
 adinuentam. Hoc quidẽ tibi/et tuo me Hercule beneficio obijci nõ potest. Nam
 hic una in re cautiõr q̄ ceteri uxoris tuæ bone quidẽ scẽmine/ si per te licuisset/ ege
 stati refectus consulisti. Non em̄ vitreum (ut de alio fabularis) sed carnes in pri
 apum/et quidem legitimum atq; a te dimensum præparasti: cum pusionẽ quẽ ama
 bashac in urbe/ inter te & uxorem in eodem lecto sapius collocasti. Nam cũ mul
 er viduitatẽ viuẽtis mariti non posset ferre: a dolescenti vero tua barbula discipli
 ceret: a xoris voluptati/et a dolescentis libidini satisficere voluisti: ut & illius miser
 re dolorem lenires: & a dolescentẽ in peritricio amore pellectũ detineres. Quã quis
 dem in re laudo primũ pietatem tuam: deinde prudentiã: qui & mulieris lachry
 mas/et tuam effrenatam libidinem alternis vicibus: non illo conficito et duro/ sed
 teneriori pene quodã cõpressisti. quem cum homo elegans osculareris/ ut idem re
 tulit/ te celebrare florales ludos asseuerabas. O de decus præsentis sæculi. Recos
 gnosce domestica flagitia: scrutare penitus domum tuã: per lustra interiores tur
 pitudines: quarum tu es idem auctõr atq; architectus. Num mentior? Num sine
 go aliquid? Num addo? Viuit a dolescens qui proficitur. Ad sunt testes qui audi
 erunt: quorum nomina etiam si id nolint proferent ad tuam ignominia sempiter
 nam. Vxor is mœchus/ a dolescentiæ corruptor/ impudiciæ professor hiscere aus
 det: cum tot nepharijs sceleribus teneatur reus manifestus. Vincet/ mihi crede/ tes
 meritatem tuam consiliũ/ audaciã modestia/ stulticiã prudentia: & cõficta
 mendacia veritas ipa confringet. Elucebit probitas ipa Nycholai: tua vitia detegẽ
 tur. Sperasti monstrũ infandũ hos tuos insulsiimos versus / in quibus etiam mas
 le latine loqueris/ alla tuos tibi laureolam: qua fanaticũ caput redimeres. At sterco
 rea corona ornabunt: fetetes crines priapei vatis & facis suis incitã: ut cum hos
 mines te viderint/ insursurent omes: Hic ne ille est priapeus Apollo: qui non He
 liconi/ sed merdiconũ laticem degustauit: cuius ex ore iam fœda oratio prodierit
 tam spurcitus sermo emanarit. Dignus hic quippe capiti suo ornatus: ex quo cũ
 nihil prodeat nisi obscœnum/ mercede sibi data muneret. Sed iam satis ad tua ma
 ledicta respondi patris: expectans ut rescribas. Tum quidẽ ingrediar latum cam
 pum: descendam in certa men: pugnabo cominus: & pedem pede conferam. Has
 beo iam cõmentariũ gestorũ tuorũ ab ipa pene infantia editum: unde sumetur
 ab unde ad dicendũ ampla materia. Atq; ego hoc agam libentius / quo habet hos
 nestius amicũ q̄ seipm tueri. Quod si mecum congrẽdi volueris: hoc quidem bene
 ficium erit in quo reddam tibi gratiã/ nisi me animus fallat/ satis accumulã.

Obscena
inuetiua.do d m b d
omgdo d m b d
antiquo